



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1525. usque ad annum 1529

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1769**

**VD18 90118480**

§. 30. Galli soluta Neapolis obsidione Aversam profugi.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66472](#)

**Sæcul. XVI.** lis - Guidonis Comiti, postea vero se-  
**A.C. 1528.** cundis nuptiis Carolo Lucemburgico  
 Martigiensi Vice-Comiti copulata fuit.  
 Defuncto summus Pontifex Romæ,  
 Franciscus vero Galliarum Rex Parisiis  
 in Ecclesiæ B. V. sumptuosissimis exe-  
 quiis parentavit.

## §. XXX.

*Galli soluta Neapolis obsidione Aver-  
 sam profugi.*

**Guicci. l. 19.** **L**autreco vivis erepto Salutiarum Mar-  
**Paul. Jov.** chio subrogatus, Galici exercitus  
**hist. lib. 28.** reliquiis imperabat, atque inter primas  
**Belcar. l. 20.** muneras curas habebat, ut Renceio de  
**Raynald.** Ceris necnon Melphitanio Principi lite-  
**num. 10.** ras daret, quibus eisdem injungeret, ut  
 cum copiis accurrerent, suamque ope-  
 ram ad solvendam Neapolis obsidionem  
 jungerent. Eo tempore Melphitanus  
 Cajetam tam arcta obsidione prefficerat,  
 ut cives pene ad incitas redegisset, nisi  
 Auria duodecim triremibus instructus  
 urbi commeatum intulisset. Nihilomi-  
 nus tamen Salutiarum Marchio Mel-  
 phitani adventum haud præstolabatur,  
 sed quantocius concubia nocte castra  
 movit; cum vero fugam adeo clam ar-  
 ripere haud posset, quin id Cæsareis in-  
 notesceret, hinc præsidarii milites ex  
 urbe Neapolitana unaomnes eruperunt.

cun-

cunctosque Gallos, qui in castris ad co-Sæcul. XVI.  
gendum agmen remanserant, arma in A.C. 1528.  
manibus gestantes trucidarunt, ceteros  
vero milites, ac Belliduces ordine in-  
feriores captos abstraxerunt; quos in-  
ter & ipse Petrus Navarrus, qui postre-  
mæ huic aciei præerat, numerabatur.  
Hic tanti nominis Bellidux Piscayæ in-  
fimo loco natus meritorum suffragio ad  
supremas militiæ dignitates ascendit,  
primusque fuit, qui cuniculos agendi  
artem adinvenit; quamvis nonnulli Scri-  
ptores testentur, jam ante Navarri tem-  
pora apud Genuenses hujus artis usum  
invaluisse.

### §. XXXI.

#### *Petri Navarri obitus.*

Anno Christi millesimo quingentesimo  
duodecimo Navarrus in prælio Ra-  
vennatensi a Gallis capiebatur, longo-  
que tempore in captivitate sua langue-  
bat, quin tamen Hispani, ut ei liberta-  
tem procurarent, solliciti essent; unde  
ingratam hanc Nationem, cui tam præ-  
clara præstítit obsequia, exosus Franci- *Paul. Jov.*  
sci Galliarum Regin stipendia merebatur, *in eleg.*  
eique usque ad annum Christi millesi- *Alvar. Go-*  
mum quingentesimum vigesimum quin- *mez hist. l. 4.*  
tum, quo captus, inviolabili fide sua *Brantome*  
addixit studia. Attamen Hispani, ut *vie des Capi-*  
*tain. etrang.*

F f 3                   ejus